

sitione statuti. Et propterea si ultra tres menses perseveraverit conductor in re conducta, secundum ius commune, cui pacto, & protestatione non dicitur derogatum, relocatio facta præsumitur. Cum (ait ille) protestatio facta in vna re non extendatur ad aliam, ut docuit Bart. in l. non solum, §. morte, q. 1. ff. de oper. novi nunc.

24 Ceterum ego certè valde dubito, cum ea videatur mens protestantium, paciscentiumque, ut evitaret hanc præsumptam voluntatis, & consensus perseverantiam. Extenditur sextò, ut procedat hæc præsumptio etiam respectu hæredum & tam locatoris, quam conductoris. Nam, & ipsi præsumuntur relocasse, & reconduxisse, si conductoris hæres prædium perseveravit retinere. Ita Caltr. in d. §. vlt. nu. 5. Ang. in l. cum satis, §. caveant, C. de agricol. & cens. lib. 1. l. de Anan. in c. 2. de iudicis. Alex. in conf. 28. in fin. lib. 4. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 17. nu. 4. Soc. iun. in conf. 63. nu. 20. lib. 2. & Afflic. in decif. 365.

25 Extenditur septimò, ut locum habeat hæc præsumptio etiam in hærede & locatoris ante aditam hereditatem. Nam adhuc is censetur relocasse, si passus est conductorem perseverare in re q. locata. Ita Alc. in d. præsumpt. 14. n. 4. sic intelligens l. qui ad certum, ff. locati, vbi Castren. & Mascard. in d. conclus. 990. num. 16.

26 Declaratur primò, hæc præsumptio, ut locum habeat quando conductio, locatioque requiritur aliquam solemnitatem, atque ita, quid aliud ultra patientiam illam locatoris. Nam tunc non præsumitur facta reconductio, atque relocatio. Ita docuit Bart. in d. l. item quæritur. §. vlt. nu. 4. cum dixit, quod si ex parte locatoris, qui permittit conductorem perseverare in conductione, quid agendum est, ultra patientiam præstationem, locatio ipsa renovata non censetur sola ipsa patientia. Idem Bart. ibidem n. 7. in fin. & cum eo Caltr. scripsit, vbi locationis contractus requirit scripturam, sola patientia non censeri renovatam ipsam locationem. Idem affirmatut Fulgos. in d. §. vlt. Rom. in conf. 103. n. 6. Ruin. in conf. 167. n. 22. lib. 1. Ias. in conf. 49. col. 2. vers. secundo dicitur, lib. 3. Galliaul. in l. r. in prin. nu. 28. ff. de verb. oblig. Afflic. in decif. 365. nu. 10. Boer. q. 248. nu. 14. & Crau. in tract. de antiq. temp. in 5. par. princip. nu. 14. qui quidem ob id dicunt, non censeri renovatam cõcessionem & emphyteusis, & feudi, ex quo illa pro sui substantia, & solemnitate requirit scripturam. Idem respondit Crau. in conf. 87. n. 3. Aliter declarat Corta in memorab. in verbo, emphyteusis concessa.

27 Idem de locatione bonorum q. ecclesiar, quæ sine magna solemnitate alioqui fieri non posset, respondit Alex. in conf. 17. nu. 11. lib. 4. & sic Bero. in conf. 116. num. 8. lib. 1. consuluit non censeri renovatam emphyteusim iam concessam emphyteutæ ad 29. annos, si eo primo tempore in ea perseveravit. Est simile, quod respondit Crot. in conf. 15. nu. 18. non censeri renovatam & societatem sola dimissione capitalis apud soc. in negotiantè, ex quo contractus ille societatis requirebat instrumentum pro sui essentia, & solemnitate. Et Crot. secutus sum in conf. 121. nu. 81. & 101. vbi egregiam facti speciem in terminis societatis diffinuit. Est simile qd tradit Bald. in tit. de pace Constantiar. in verbo, item societatem, in fi. quod si duæ & civitates solemniter stipulatione, & scripturâ ineant societatem, & cõsideratione per quinquennium, si elapso quinquennio mutuo auxilio se adiuvant, non tamen censentur renovasse societatem ipsam, quæ scripturam, & stipulationem requirebat. Non enim quo ad hunc effectum differt solemnitas stipulationis ab illa scriptura. Ita dicimus, quod vbi requiritur solènis stipulatio, non censetur & facta reconductio. Ita Bart. in d. §. vlt. nu. 13.

28 His constat minus rectè respondisse Signorol. in cõf. 22. n. 6. & 7. cum dixit, quod etsi locatio, conductioque vestigialium fieri soleat adhibita solèni licitatione, attamè

si finito tempore primæ conductionis in ea conductor perseveraverit, dicitur renovata conductio. Hæc autè declaratio loci non habet, quando adest temporis antiquitas, nã tunc renovatio conductionis, & novæ concessionis præsumitur. Ita Crau. in tract. de antiq. temp. in vlt. p. n. 14.

29 Declaratur secundò, ut locum non habeat hæc præsumptio, quando locatio, & conductio facta est ad longum tempus. Et idem quando concessio est facta in emphyteusim. Hæc enim duo quo ad hunc effectum procedunt a pari. De emphyteusi sic affirmarunt Bal. in d. l. ite quæritur, §. vlt. ff. locati, & in l. 1. q. 1. r. C. quando nõ pet. part. Rom. in conf. 103. n. 4. Alex. in conf. 17. n. 12. lib. 4. & in conf. 76. n. 4. lib. 5. Ias. in l. 1. col. 5. veritem per predicta, C. de iure emphy. Rui. in conf. 61. n. 7. lib. 1. Dec. in conf. 328. n. 1. & in conf. 555. n. 1. Afflic. in dec. 365. nu. 6. Crau. in tract. de antiq. temp. in 5. par. princ. nu. 14. & Mascard. in d. conclus. 990. n. 14. Quibus constat minus rectè sensisse Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 17. nu. 2. Hanc tamen declarationem intelligunt Ias. & Crau. in locis præcitatis, non habere locum, quando effectus decursus longissimum tempus. Idem in locatione ad longum tempus, quod in ea locum non habeat hæc præsumptio, scripsit Alex. in d. conf. 18. nu. 12. lib. 4. Afflic. in d. decif. 365. n. 5. Gozad. in conf. 94. n. 52.

30 Verum ab hac opinione dissentit sibi parum constans Alex. in conf. 28. nu. 4. lib. 5. Ruin. in conf. 61. nu. 4. lib. 1. vbi nu. 8. vers. & etiam, respondit habere locum etiam in dispositione statuti.

31 Declaratur tertio, ut hæc præsumptio locum non habeat, in alijs contractibus ultra locationem, & conductioem, ac ultra precarium, etiam si alijs contractus essent similes ipsi locationi, vel precario. Ita respondit Alex. in conf. 76. n. 7. vers. non obstat prædictis, lib. 5.

32 Et subiungit Alex. declarari sic debere statutum, quod vult præsumi reconductione, ut illud locum non habeat in alijs contractibus. Id quod vtile est ad declarationem statuti huius civitatis Paduæ, sub rub. De villanis, & inquilinis. §. inquilini.

33 Et hinc inferitur, præsumptionem hæc locum non habere in & contractu venditionis fructuum. Ita Alex. in d. conf. 76. nu. 4. lib. 5. Ruin. in conf. 61. nu. 7. lib. 1. Crau. in conf. 87. n. 3. Bero. in conf. 153. n. 23. lib. 1. & Mascard. in concl. 990. num. 30.

34 Verum dissentit Signor. in conf. 22. nu. 6. & 7. dum respondit, dispositionem hæc locum habere etiam in locatione vestigialium, & quæ dicitur fructuum venditio, ut explicavi supra hoc libro, & dicemus infra in præsumpt. 104.

35 Ita pariter non habet locum hæc præsumptio, quando res fuit concessa ad custodiam. Non enim finito eo tempore custodia præstituta, si custos & perseverat aliquod tempus in ipsa custodia, non præsumitur illa extoto renovata. Bart. in d. §. vlt. nu. 9. et si ipsemet Bart. in l. si mora, in fin. ff. soluto matrim. aliter visus sit sentire, & apertius ibidem Imola, & Alex. & Gram. in conf. 13. nu. 10. in criminalibus.

36 Ita pariter locum non habet hæc præsumptio in concessionibus officiorum & quæ necessitate geruntur, sicuti in tutela, & similib. Non enim videtur finita prima concessione, illud renovatum, etsi ille in eo permaneat. l. 1. §. 1. vers. quare si quis finita, ff. de eo qui pro tutore. Bart. in d. l. item quæritur, §. vlt. nu. 8. ff. locati. Verum ab hac declaratione dissentire videtur Alex. in conf. 1. col. pen. lib. 2. dum rãdit de concessione privilegij facta Hebreis, ut in civitate Christianorum sensus possint exercere.

37 Declaratur quartò, ut loci sibi non videtur hæc præsumptio, qñ manifestè conventum fuit, quod locatione finita non intelligatur facta relocatio. Ita in specie docuit Gozad. in repet. l. 2. nu. 167. C. de pact. inter empt. & vend. Idem est, qñ solis cõtractibus apparet aliam esse locatoris voluntatem, quam vt consentiat relocationi.

Exem-

Exemplum affertur potest in eafacti quæstione, de qua se respondisse scribit Alciat. in d. præsumpt. 17. in fin. stante statuto, quod dominus teneatur denunciare inquilino ante tres menses, vt exeat è domo ei locata, finito locationis tempore, alioqui censetur facta reconductio. Quod sanè statutu (vt dixi supra) extat hic Patavij. Euenit, quod dominus litigauerat cum inquilino, quia non soluerat pensionem, vt eum eijceret, & obtinuit dominus. Dicebatur, quod pro sequenti anno erat facta relocatio, quia dominus non denunciauerat, atque ita non se ruauerat formam statuti. Contrarium respondit Alciat. quia relocatio fit ex præsumpta mente partium. d. l. item quæritur. §. vlt. & l. qui ad certum, ff. locati. Quæ sanè mens præsumpta locatoris tollitur contraria voluntate, ex quo dominus litigabit, vt eum expelleret. Vnde apparebat, quod elapso anno non intendebat relocare. Et præter Alciat. accedit ratio, quod cum & conductor non impleverit ex parte sua non soluendo pensionem, renovatio locationis facta à locatore non præsumitur. Ita in specie responderunt Alex. in conf. 76. nu. 13. lib. 5. Ruin. in conf. 78. n. 2. & 3. & in conf. 167. nu. 22. lib. 1. Gozad. in cõf. 94. n. 53. & Crau. in conf. 87. n. 3. & secutus sum in conf. 121. n. 100. & idè scripsit Masc. in d. cõcl. 990. n. 31.

38 Ceterum prædictis repugnare videtur, quod respondit Alex. in conf. 1. col. penul. vers. nec obstat si dicereur, lib. 2. Cum dixit, quod licet Dux Maturæ, qui per aliquot annos concesserat Hebreis, vt sua in vrbe possent exercere sensus, pendente illo tempore inhibuerit, ne sensus exercerent, attamen si finito tempore illo, permisit illos scenerari, dicitur renovasse privilegium eis concessum. Responderi potest, Alex. loqui, quado inhibito effectum non habuit, vt quia (vt ipse dicebat) tempore incõgruo fuit facta. Colligi etiam potest alia coniectura, ad demonstradum voluntatem locatoris non esse, quod censetur facta relocatio. Est sanè coniectura, quando conductor promisit, quod finita locatione relaxabit rem conductam liberè, & renunciauit ipse conductor omnilegum auxilio, & beneficio. Ita scripsit Gozad. in d. l. 2. nu. 169. C. de pact. inter empt. & vend.

39 Declaratur quinto, ut non procedat, quando in ipso locatore & superueniret impedimentum, quod impediret consensum, vt si efficeretur demens, vel furiosus. Nã deficiente consensu, non intelligitur facta relocatio. Ita ex sententia Bar. in d. §. vlt. n. 14. in specie decidit Afflic. in decif. 365. nu. 2. Et confert text. l. electio. §. vnus, ff. de optio. legata. ibi, quia non videor consentire, quia consentire non possum. Idem esset, quando locator fuisset absens, tempore finitæ locationis. Nam, & tunc deficit consensum, & propterea non præsumitur facta relocatio. Ita Afflic. in d. decif. 365. in fi.

40 Declaratur sexto, ut non procedat, quando conductor perseveravit in re conducta & modicum tempus, vt triduum, vel quatrimum, & postea locator rei dominus prohibuisset eum, ne ibi plus commoraretur, quia volebat prædium pro se. Hoc casu non præsumitur facta relocatio. Ita in specie declarant Bald. in d. l. item quæritur. §. vlt. ff. locati. Afflic. in dec. 365. n. 14.

41 Ceterum Bart. in d. §. vlt. nu. 12. hoc totum iudicis arbitrio relinquit. Quæ de re scripsit lib. 2. de arbitrar. iudic. casu 31.

42 Declaratur septimò, ut locum non habeat quoad instrumentum & in ipsa prima locatione confectum. Nam illud non censetur repetitum in relocatione, in eaq. exequi non potest. Ita Bal. in l. legem. C. locati. Alex. in cõf. 17. & in conf. 28. n. 7. lib. 4. & Afflic. in decif. 365. n. 15.

43 Declaratur octauò, ut non procedat in secunda tacita relocatione. Ita egregiè responderunt Alex. in conf. 26. lib. 3. & Ruin. in conf. 78. nu. 3. in fin. lib. 1. Non enim ex ea tacita & relocatione inferri potest ad aliam tacitâ. Gozad. in d. l. 2. num. 17. vers. secunda, & Mascard.

in d. l. conclus. 990. num. 23. qui alios refert.

44 Declaratur nonò, ut locum nõ habeat in rebus & mobilibus. Nam in his non præsumitur facta relocatio, & reconductio. Ita gl. in d. l. item quæritur. §. vlt. ff. locati. Mascard. concl. 990. num. 27.

45 Verum Bart. ibi. num. 11. sic distinguit, & Aut res illa mobilis erat consueta locari, vtputa si agitur de equo locari solito. Et tunc præsumitur reconductio. Aut non consuevit locari, sicuti quando nobilis concedit equum amico, vt aliquem certum in locum proficiscatur. Hoc sanè casu non dicitur facta relocatio, sed potius is amicus furtum committere dicitur, nisi aliqua ratione credat, dominum fuisse permisurum, vt declarat Barto. in l. inter omnes. §. recte. ff. de furtis. & scripsi supra libr. 1. quæst. 77.

46 Declaratur decimò, ut non procedat hæc præsumptio, quo ad pignora data tertium pro cautione obseruationis contractus. Nam illa non censentur & ad præiudicium ipsius tertij repetita in relatione. Ita Bart. in d. l. item quæritur, §. vlt. num. 3. ff. locati. In hoc enim tertio, qui pignora dedit, cessant rationes illæ, quibus locator, & conductor præsumuntur consentire relocationi, conductionique, quemadmodum egregiè declarat ipse Bart. sic & quoad fideiussores Boer. quæst. 284. num. 14. Bart. in conf. 31. col. 1. lib. 1. Franc. de Marchis, quæst. 539. num. 5. par. 1.

47 Declaratur vndecimò, ut locum non habeat, quando is qui est in prædio, est locator, & dominus est conductor, vtputa Caius locauit & operas suas, vt esset in meo prædio causa custodia, si finito tempore is Caius manet in prædio, ad eius custodiam, non videor ipsum reconduxisse. Est ratio, quia sola patientia non implet contractum ex parte mea. Et ego nil feci, ex quo præsumi debeat, me ipsius Caij operas reconduxisse. Ita Bart. n. dic. l. item quæritur, §. vlt. num. 5. ff. locati. quem secutus est Soc. sen. in conf. 166. col. 1. lib. 2. Inquit tamen Bar. quod ille custos petere poterit mercedem sui laboris, actione negotiorum gestorum.

*Locatorem præsumi adhibuisse patientiam, vt conductor reconducta possit uti, & frui.*

S V M M A R I V M.

1 Conductor in contractu locationis pensionem, locator patientiam præstat.

2 Locator patientiam vtendi, & fruendi præsumitur præstare.

3 Impedimentum vtendi, & fruendi præstare, cum quid facti sit, non præsumitur.

4 Facere contra legem, & fidem promissam graue est delictum.

5 Delictum non præsumitur.

P R A E S V M P T. LXXXVI.

Q Vemadmodum conductor ex natura contractus locationis, & conductionis teneretur præstare promissam & pensionem. l. quæro. §. inter locatorem, ff. locati. Ita è contra locator debet adhibere, & præstare patientiam, vt conductor valeat uti, & frui reconducta.

1 Verum quando dubitatur, an locator præstiterit patientiam vtendi, & fruendi, & præsumitur eam adhibuisse. Ita respondit Cardinalis Zabarel. in conf. 140. colum. vlt. in princ. vers. sed hoc nihil est. Ea ratione adductus est, quod præstare impedimentum vtendi, & fruendi, est quid & facti, quod non præsumitur, nisi probetur. l. quecunq. §. vlt. ff. de publ. in rem actio. & l. in bello. §. facte, ff. de captiu. & postlim. reuer. & dicemus latissime infra lib. 6. in præsumpt. 24. Accedit, & altera ratio, quod si locator.

Tomus Primus. Dd 4 cator



ator non pateretur conductorem uti, & frui re locata, aduersus legem, & promissam fidem facere, quod graue est delictum. l. i. ff. de pact. Cum verò delicta non præsumantur. l. merito. ff. pro socio, sic nec præsumi debet locatorem præstitisse hoc impedimentum.

Mercedem præsumi promissam eo ipso, quod mancipium fuit nauis impostum, aut res mulionis ferenda tradita.

S V M M A R I V M.

- 1 Nautæ promissa merces præsumitur, pro mancipio, ad vehendum nauis imponendo. Quod & in mulione obinet. num. 2.

P R A E S V M P T. LXXXVII.

Cum mancipium nauis imponitur aliquo in loco vehendum, etsi et merces promissa non fuit domino nauis, eo ipso quod fuit impostum, præsumitur promissa. Ita Lucas de Penna in l. 3. in præsumpt. 173. C. de apochis publ. lib. 10. adductus responso Labeonis in l. si vehenda. in princ. ff. ad leg. Rhod. de iactu. cuius verba ad scripsi, si vehenda mancipia conduxisti, pro eo mancipio, quod in nauis mortuum est, vectura tibi non debetur. Paulus. Immo quæritur, quid actum est, utrum pro his, qui impositi, an pro his, qui deportati essent, merces daretur, quod si hoc apparere non poterit, satis erit pro nauis. si probauerit impostum esse mancipium. Hactenus Labeo, qui satis esse existimauit, quod probetur, mancipium fuisse in nauis impostum, quia merces eo ipso præsumitur promissa, siue mancipium decesserit, siue vectum destinato in loco fuerit. Et responsum hoc annotarunt ibi Bar. & Petrus Pechius in comment. ad d. l. si vehenda. Non enim quod vixerit, vel mortuus sit seruus, efficit, quin vectura debeatur. Et idem scripserunt Rom. in sing. 555. conduxit. Signor. in consil. 195. num. 7. qui idem de re tradita et mulioni aliquo in loco ferenda scribit, sic & Benuen. Straccha in tract. de mercatura. in tit. de nauib. par. 3. nu. 16. qui quidem distinguunt tres casus, quos nunc non refero.

Ex eadem l. si vehenda, d. finiri solet & illa dubitatio, si nauis dominus certa merce de conuenta, promissit Titium in nauis sua ponere, & in loco aliquo vehere atque exponere, si reperitur Titius in nauis, & expositus in loco an præsumatur impleta conditio, nempe à domino fuisse positus in nauis. Qua de re scripsit multa post alios Benuen. præcit. in loco, num. 23.

Contrahens, cum aliquo præsumitur habere cognitam illius conditionem.

S V M M A R I V M.

- 1 Contrahens, conditionem eius, cum quo contrahit, scire præsumitur.
- 2 Mutuum tradens filiofamil. non repetit, cum conditionem eius sciuisse præsumatur. Idem in mutuant minori. num. 3.
- 3 Contrahens cum socio mercatoris societate finita, damnum quod sentit sibi imputat.
- 4 Debitorem accipiens, qui soluendo non fit, sibi imputabit. Idem est in fideiussore minus idoneo. num. 6.
- 5 Eligens electi conditionem præsumitur scire.
- 6 Beneficium permutans cum aliquo sibi adscribat, si quomodo id obtineret, non perquisierit.
- 7 Bannitum offendens cuius bannum inualidum est, ob ignorantiam non excusatur.
- 8 Contrahens cum aliqua femina, eius conditionem non præsumitur ignorare.

zur ignorare.

- 12 Forensis contrahens, eius cum quo contrahit, præsumitur conditionem cognouisse.
- 13 Mulierem ob ignorantiam statuti, in domicilio mariti de lucranda dote, se excusare non posse.
- 14 Forensis, & ciuem prætexit ignorantiam à delicto, non autem in contrahendo excusari.
- 15 Ignorantia multum probabilis, de conditione eius, cum quo quis contrahit, excusatur.
- 16 Emens à minore, qui communiter reputatur maior, ob ignorantiam excusatur. Idem est in contrahente cum filiofamil. qui esset in quasi possessione sui iuris, & pro tali se gereret. nu. 17.
- 18 Hæres succedens debitori excusatur ob ignorantiam conditionis personæ, cum qua contractum sit.

P R A E S V M P T. LXXXVIII.

Qui contrahit cum aliquo, præsumitur scire et cognoscere eius conditionem, & qualitatem, an sit seruus, vel liber, minor, vel maior, sapiens, vel stultus, & prodigus. l. si patronus. vbi Bart. ff. de confirmat. tut. & l. inciuili. C. de furtis. vbi Bald. & scribunt Dec. in l. qui cum alio. num. 1. ff. de reg. iuris. & ibidem Cagn. num. 5. Est ratio, quia is qui contrahit, diligens & cautus esse debet in perferenda conditione, & qualitate eius, cum quo vult contrahere d. l. qui cum alio. de regul. iuris, quod responsum egregie explicat Cuiacius in lib. 7. obseru. cap. 36. Ea propter suæ negligentiam adhibitor si male contraxit, ignorans illius conditionem.

Hinc dicimus, quod is, qui mutuo dedit pecuniam filiofamil. repetere non potest, etsi dicat, se ignorasse illum fuisse sub patris potestate, cum id sciuisse præsumatur. l. pen. ff. ad S. C. Maced. Idem dicimus de eo, qui minori et mutauit, ut eadem ratione repetere non possit. Ita gl. in l. si Titius. in versatatis. ff. de fideiuss. Dec. in d. l. qui cum alio. nu. 1. Tiraq. in tract. consang. ad finem tituli. nu. 43. qui alia similia congerit. Idem dicimus de eo, qui contrahit cum socio mercatoris, quorum societas iam erat finita. Nam sibi imputare debet, si non perquisiuit eius conditionem, & qualitatem. Ita Castrin. l. 1. §. non autem. versicitem alias consilii. ff. de exercito. actio. Dec. in d. l. qui cum alio. num. 2. & ibidem Cagn. num. 3. Est simile quod subiungit idem Dec. in d. l. qui cum alio. nu. 3. & ibidem Cagn. nu. 5. post Aret. in l. 2. in princ. col. pen. ff. solut. matr. Alexan. in l. si cum dote. §. si mulier. ff. solut. matrim. esse adscribendum negligentiam eius, qui accepit debitorum, qui soluendo non est. Eius enim inopiam sciuisse præsumitur. Idem de recipiente fideiussorem et minus idoneum facultatibus. Alexan. in consil. 60. lib. 5. & Cagn. in d. l. qui cum alio. num. 7. Idem dicimus de eligente, et qui præsumitur scire conditionem electi Bar. in l. si patronus. ff. de confirm. tut. Dec. in d. l. qui cum alio. nu. 3. vers. & quod hic dicitur, sic & permutans beneficium, et cum aliquo, sibi imputat, si non perquisiuit, quomodo is illud obtineret. Crau. in consil. 132. nu. 13. Idem est in offendente et bannitum, cuius bannum est inualidum. Nam præsumitur id sciuisse, & propterea non excusatur. Dec. in d. l. qui cum alio. nu. 4. & ibidem Cagn. num. 9. latè declarat. Et alia his similia adiungit Alc. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 29. vers. sed posset debitor. In fertur, debitorum præsumi tanquam idoneum conprobatum à creditore, qui illius fidem secutus est. Alex. in l. si arbitrio. nu. 4. ff. qui satid. cogan. & Mascard. in concl. 478. qui declarat.

Extenditur primò, ut procedat hæc præsumptio etiã in femina, quæ cum alio contrahens præsumitur æquè scire eius conditionem, sicuti vir. Ita tradunt Comens. in consil. 26. col. 1. & in consil. 72. col. 3. Dec. in consil. 19. col. 1.

col. versic. 3. specialiter. Purpur. in l. cunctos populos. nu. 149. C. de sum. Trin. & fide cath. Cur. Iun. in l. exigere dotem, col. 3. ff. de iud. & ibidem Cagn. col. 1. & idem Cagnol. in dict. l. qui cum alio. nu. 17. & Roland. à Valle in tract. de lucro doris. q. 14. nu. 18. Quam extensionem

intelligo, nisi et mulieri fuisset assertum, & persuasum, cuius esset conditionis, cum quo contrahebat. Purpur. præcitato in loco.

Extenditur secundò, ut procedat etiã in forensi, et qui præsumitur scire statum, conditionem, & qualitatem eius, cum quo contrahit. Ita sentit Dec. in consil. 19. col. 1.

versic. nec obstat. cum dixit, mulierem et non posse se excusare quod ignorauerit statutum domicili mariti, de lucranda dote, eo sub prætextu, quod esset forensis, quia etiam ipsa perquirere, atque persecutori debuit statum & conditionem mariti. Et Decium secutus est Roland. in tract. de lucro doris. q. 14. nu. 16. qui dicitur, forensi

sem. et et ciuem notellum, excusari quidem à delicto prætextu ignorantiam, non tamen in contrahendo. Cæterum dissentit Alc. in respon. 106. nu. 10. secundum antiquam impressionem Lugdunensem, qui dixit, quod forensis volens acquirere bona in loco, vbi lex municipalis prohibet, debet se informare, quid lex ipsa disponit, alioquin non excusatur. Retinenda est opinio Decij, & Rolandi. Nam Aret. in consil. 11. nu. 5. ab Alciato allegatus aliter sentit, quæ agit de pena euitada, & Decij ac Rolandionem præbuit etiam Plotus in consil. 19. nu. 79. Declaratur primò, ut locum non habeat hæc præsumptio, quando et adest ignorantia multum probabilis, & iusta. Nam hæc excusat. l. si quis patrem. ff. ad Macedo. & l. Titius. ff. de fideiuss. & scribit Dec. in d. l. qui cum alio, nu. 3. vers. & ista regula. ff. de reg. iuris. & per consequens hic præsumitur ignorare conditionem eius, cum quo contrahit. Huius probabilis ignorantiam exemplum afferri potest, quando is cum quo contrahitur, communiter pro tali habebatur. Ita Guido Papæ in q. 163. col. 1. & in q. 301. Alex. in consil. 60. lib. 5. & tradit Arius Pinel. in l. 2. in 2. parte. nu. 39. C. de rescind. vend. quod emens à minore, qui maior communiter existimabatur, excusatur. Est etiam exemplum in eo, qui contrahit cum filiofamilias, qui erat in quasi possessione sui iuris, & pro tali se gerebat. Hoc sanè casu excusatur hic contrahens, si non est persecutus illius statum, & conditionem. Ita declarando d. l. qui cum alio. tradit Alc. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 2. num. 5. vers. nec obstat quod, & hæc ignorantia potest etiã probati iuramento, ut tradit Mascardus in d. concl. 478. nu. 3.

Declaratur secundò, ut non procedat quo ad hæredem, et qui successit debitori, qui iam contrahit. Ita Decius in d. l. qui cum alio. num. 7. Cagn. num. 17. qui copiosè declarat.

Seruitutem non præsumi, sed libertatem.

S V M M A R I V M.

- 1 Res qualibet libera, non seruituti obnoxia præsumitur.
- 2 Seruitus causam naturalem regulariter non habet, sed aut impostam, aut præscriptam.
- 3 Aedes suas ad cælum vsque tollere, cuiuslibet liberum esse.
- 4 Feudalis res esse, cur non præsumatur.
- 5 Cuius una alteri non præsumitur subdita.
- 6 Rem liberam præsumi, etiam extante quasi possessione seruitutis.
- 7 Quasi possessio repugnans statui primæuo, atque rei origini, non transfert onus probandi in aduersarium. Distinguit tamen Alc. nu. 8.
- 8 Idque si cum quasi possessione concurreat consuetudo rem liberã asserentis. num. 9.
- 9 Liberam non præsumi, si communis sit vox & fama, eam seruituti obnoxiam.

nitui obnoxiam. Idem si maior illius rei pars seruituti subiaceat, seruire præsumitur, & reliquum. num. 11.

P R A E S V M P T. LXXXIX.

Cum de præsumptionibus, & coniecturis, quæ circa feuda, & emphyteuses versantur, multa dicturi sumus, visum est prius, præfationis cuiusdam loco differere: Quod qualibet res libera, non autem seruituti obnoxia præsumitur. l. altius. & l. si in ædibus. C. de seru. & aqua. & illis in locis adnotarunt gl. & Bald. & reliqui, sic etiam scribunt Bart. in l. si prius. num. 14. ff. de operis noui nunc. & in l. 1. §. hoc interdicho. num. 12. ff. de itinere actusque priua. Flor. in l. sicuti. §. sed etsi quærat. ff. si seruitus vendi. Ias. in d. l. si prius. nu. 38. Dec. in consil. 360. nu. 4. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 1. num. 2. & præsumpt. 3. num. 1. Did. lib. 3. variarum resolut. c. 17. num. 7. vers. sed, & fortior. Crauet. in consil. 11. num. 9. qui alios commemorat. sic & Andreas Gail. lib. 2. tract. obseru. c. 69. nu. 2. & alios referunt Mascard. in concl. 79. num. 6. & in concl. 209. num. 1. & Aluarus in tract. de iure emphyt. q. vlt. u. 1.

Et huius præsumptionis ratio est, quia seruitus et regulariter non habet causam naturalem, sed aut impostam aut præscriptam. §. vlt. in inflit. de seru. & scribunt Bald. in c. cum oēs. de constit. Ias. in d. l. si prius. num. 40. Hac ex præsumptione sumptus est illud, quod diffinit Iuriconsil. in d. l. altius, liberum esse et vniciq; aedes suas ad cælum vsque tollere. Qua de re plura scribunt Ias. in consil. 98. lib. 1. Marfil. sing. 154. Paris. in consil. 16. nu. 14. lib. 4. Coraf. lib. 3. miscella. c. 42. Veggius in consil. 53. & And. Gail. lib. 2. tract. obseru. c. 69. est etiam sumpta illa recepta omnium traditio, rem non præsumi et feudalem, cum feudum sit seruitus, ut differemus in fra suo loco. Hinc etiam respondit Dec. in consil. 60. num. 4. quod vna et ciuitas non præsumitur alteri subdita ex quo libera præsumitur. & eo in loco respondit pro ciuitate Saonæ quod non præsumebatur subdita ciuitati Genuæ, & de ea facti specie idem respondit Curt. Iun. in consil. 121. Ita etiam dicimus, homines præsumi liberos. Bero. consil. 115. num. 30. & in consil. 150. nu. 3. lib. 1. & Gram. voto 12. num. 16.

Extenditur hæc præsumptio, ut locum etiam habeat quando extat quasi possessio et seruitutis. Ita Bart. in d. l. prius. nu. 17. vers. 3. contra, & ibidem Ias. nu. 38. quos secutus sum in consil. 75. nu. 4. Afferri solet ratio, quia quædam quasi et possessio repugnat statui primæuo, atque ita origini rei, nil illa operatur, sicque non transfert onus probandi in aduersarium.

Cæterum à prædicta opinione dissentit Alc. in d. præsumpt. 1. qui nu. 3. vers. quædam aut. distinguit, et aut loquimur (inquit Alc.) de quasi possessione seruitutis, quæ acquiritur ex interpellatione, puta interpello aliquem ne altius tollat aedes suas. Cum aedes illæ mihi debeant seruitutem altius non tollendi. Hæc interpellatio, nisi is contradicat, constituit me in quasi possessione illius seruitutis. Cum incipiam præscribere, ut docuit Bart. in d. l. si prius. num. 9. Non tamen hæc quasi possessio aliquid operatur, atque ita non transfert onus probandi in aduersarium. Quædam probare debeo causam meæ interpellationis, nempe seruitutem, quæ est meæ intentionis fundamentum. Aut (inquit Alc.) loquimur de quasi possessione ipsius rei, et seruitutis, puta, si in muro mihi continguo habeo fenestram seruitutem luminis mihi præstantem. Hæc quasi possessio releuat me ab onere probandi, illudque transfert in aduersarium, sicuti operatur aliæ quasi possessiones. l. uti frui. vers. quod si forte. ff. si usufructus pet. l. sicuti. §. si quærat. ff. si seruitus ved. & confert l. 1. in princ. ff. de itinere actusque priuat. Declara.